



Baccalauréat de Langues et Cultures de l'Antiquité
2017-2018

Liste de textes pour l'épreuve orale de latin

Séquence 1 : Interrogations scientifiques

Texte 1 : Pline le Jeune, *Lettres*, VII, 27 ; Lettre des fantômes

Texte 2 : Virgile, *Géorgiques*, I, v.287-304

Texte 3 : Quinte-Curce, *Vie d'Alexandre*, VIII, 9

Séquence 2 : Pétrone, *Satiricon*, XXVII-LXXVIII, « Le Festin chez Trimalcion » (œuvre au programme)

Texte 4 : L'argenterie de Trimalcion, LI-LII

Texte 5 : Le loup garou, LXII

Texte 6 : Le testament de Trimalcion, LXXI

Séquence 3 : Interrogations philosophiques

Le stoïcisme

Texte 7 : Sénèque, *De tranquillitate animi*, IX, 2-4

Texte 8 : Sénèque, *Lettres à Lucilius*, V, 47

L'épicurisme

Texte 9 : Horace, *Odes*, I, 4, « À Lucius Sestius »

Vu, la proviseure,
Annie BONNARD

Vu, le professeur,
Fanny MEUNIER

Séquence 1 : Interrogations scientifiques

Texte 1

Pline le Jeune, *Lettres*, VII, 27

Lettre des fantômes

Erat Athenis spatiosa et capax domus sed infamis et pestilens. Per silentium noctis sonus ferri, et si attenderes¹ acrius, strepitus uinculorum longius primo, deinde e proximo reddebatur : mox apparebat idolon², senex macie et squalore confectus, promissa barba, horrenti capillo ; cruribus compedes, manibus catenas gerebat quatibatque. Inde inhabitantibus tristes diraeque noctes per metum uigilabantur ; uigiliam morbus et, crescente formidine, mors sequebatur. Nam interdiu quoque, quamquam abscesserat imago, memoria imaginis oculis inerrabat, longiorque causis timoris timor erat. Deserta inde et damnata solitudine domus totaque illi monstro relicta³ ; proscribatur tamen, seu quis emere seu quis conducere ignarus tanti mali uellet⁴.

Notes de traduction :

- 1) *si* + subjonctif P2 sg. : si l'on ...
- 2) *idolon* nominatif singulier neutre grec : le spectre.
- 3) sous entendre *erat* après les trois participes.
- 4) *seu quis uellet ...* : soit que quelqu'un voulût ...

Séquence 1 : Interrogations scientifiques

Texte 2

Virgile, *Géorgiques*, I, v. 287-304

- 287 Multa adeo gelida melius se nocte dedere¹
 Aut cum sole nouo terras inrorat Eous².
 Nocte leues melius stipulae, nocte arida prata
- 290 Tondentur, noctes lentus non deficit umor.
 Et quidam seros hiberni ad luminis ignis
 Peruigilat ferroque faces inspicat acuto.
 Interea longum cantu solata laborem
 Arguto coniunx percurrit pectine telas,
- 295 Aut dulcis musti Volcano³ decoquit umorem
 Et foliis undam trepidi despumat aeni
 At rubicunda Ceres⁴ medio succiditur aestu
 Et medio tostas aestu terit area fruges.
 Nudus ara, sere nudus. Hiems ignaua colono :
- 300 Frigoribus parto agricolae plerumque fruuntur
 Mutuaque inter se laeti conuiuia curant.
 Inuitat genialis hiems curasque resoluit,
 Ceu pressae cum iam portum tetigere⁵ carinae,
- 304 Puppibus et laeti nautae imposuere⁶ coronas.

Notes de traduction :1) *dedere* pour *dederunt*2) *Eous*, -i, m. : l'étoile du matin, l'Aurore (gr. ὁ Ἠώς, -ου)3) *Volcanus*, -i, m. : Vulcain, dieu du feu, patron des forgerons (Héphaïstos en grec)4) *Ceres*, -eris, f. : Cérés, déesse des moissons (Déméter en grec)5) *Tetigere* pour *tetigerunt*6) *Imposuere* pour *imposuerunt*

Séquence 1 : Interrogations scientifiques

Texte 3

Quinte-Curce, *Vie d'Alexandre*, VIII, 9

Une digression géographique :
la description de l'Inde

Alexandre entreprend de conquérir la vallée de l'Indus, la limite orientale de la conquête. Ce texte constitue une digression proprement géographique : la description des alentours du fleuve Diarnidès (que les historiens n'ont pu identifier), suivie d'une description ethnographique portant sur les mœurs des peuplades alentours. L'extrait à traduire s'intéresse à la flore, la faune et les ressources minérales du lieu, et insiste sur son exotisme ; plus qu'une description des alentours du Diarnidès, il s'agit d'une description de l'Inde (India) en général ...

Sed adeo in illa plaga mundus stas temporum uices mutat, ut, cum alia feruore solis exaestuant, Indiam niues obruant, rursusque, ubi cetera rigent, illic intolerandus aestus existat ; nec, cur uerterit se natura, causa. Mare certe, quo adluitur, ne colore quidem abhorret a ceteris ; ab Erythro rege¹ inditum est nomen, propter quod ignari rubere aquas credunt. Terra lini ferax ; inde plerisque sunt uestes. Libri² arborum teneri, haud secus quam chartae, litterarum notas capiunt. Aues ad imitandum humanae uocis sonum dociles sunt, animalia inuisitata ceteris gentibus, nisi inuecta. Eadem terra rhinocerotas alit, non generat. Elephantorū maior est uis quam quos³ in Africa domitant, et uiribus magnitudo respondet. Aurum flumina uehant, quae leni modicoque lapsu segnes aquas ducunt.

Notes de traduction :

1) *ab Erythro rege* : « d'après le roi Erythrus » ; Erythrus signifie « rouge » en grec (Ἐρυθρός).

2) *liber, -bri, m.* : ici, « l'écorce ».

3) *quam quos* : que <celle de ceux> que ... (rétablir *illa eorum* pour *uis elephantorū*)

Séquence 2 : Œuvre complète, Pétrone, *Satiricon*

XXVII-LXXVIII

« Le festin chez Trimalcion »

Texte 4

LI-LII

L'argenterie de Trimalcion

Trimalcion se livre à une conférence sur l'argenterie en y mêlant des références mythologiques farfelues : Cassandre y est confondue avec Médée et Niobée a été enfermée par Dédale dans le cheval de Troie...

[LI] « Fuit tamen faber qui fecit phialam uitream, quae non frangebatur. Admissus ergo Caesarem est cum suo munere, deinde fecit reporrigere Caesari et illam in pavementum proiecit. Caesar non pote ualidius quam expauit. At ille sustulit phialam de terra ; collisa erat tamquam uasum aeneum. Deinde martiolum de sinu protulit et phialam otio belle correxit. Hoc facto putabat se coleum Iouis tenere, utique postquam illi dixit : « Numquid alius scit hanc condituram uitreorum ? » Vide modo. Postquam negauit, iussit illum Caesar decollari : quia enim, si scitum esset, aurum pro luto haberemus.

[LII] In argento plane studiosus sum. Habeo scyphos urnales plus minus. Quemadmodum Cassandra occidit filios suos, et pueri mortui iacent sic uti uiuere putes. Habeo capidem quam reliquit patronorum meus, ubi Daedalus Niobam in equum Troianum includit. Nam Hermerotis pugnas et Petraitis in poculis habeo, omnia ponderosa ; meum enim intelligere nulla pecunia uendo. »

Séquence 2 : Œuvre complète, Pétrone, *Satiricon*

XXVII-LXXVIII

« Le festin chez Trimalcion »

Texte 5

LXII

Le loup-garou

Nicéron, ami de Trimalcion, raconte une histoire de loup-garou ...

[LXII] « Forte dominus Capuae exierat ad scruta scita expedienda. Nactus ego occasionem persuadeo hospitem nostrum, ut mecum ad quintum miliarium ueniat. Erat autem miles, fortis tanquam Orcus. Apoculamus nos circa gallicinia ; luna lucebat tanquam meridie. Venimus inter monimenta: homo meus coepit ad stelas facere ; sedeo ego cantabundus et stelas numero. Deinde ut respexi ad comitem, ille exuit se et omnia uestimenta secundum uiam posuit. Mihi anima in naso esse ; stabam tanquam mortuus. At ille circumminxit uestimenta sua, et subito lupo factus est. Nolite me iocari putare ; ut mentiar, nullius patrimonium tanti facio. Sed, quod coeperam dicere, postquam lupo factus est, ululare coepit et in siluas fugit. Ego primitus nesciebam ubi essem ; deinde accessi, ut uestimenta eius tollerem : illa autem lapidea facta sunt. Qui mori timore nisi ego ? Gladium tamen strinxi et {in tota uia} umbras cecidi, donec ad uillam amicae meae peruenirem. In laruam intraui, paene animam ebulliui, sudor mihi per bifurcum uolabat, oculi mortui ; uix unquam reffectus sum. Melissa mea mirari coepit, quod tam sero ambularem, et : « Si ante, inquit, uenisses, saltem nobis adiutasses ; lupo enim uillam intrauit et omnia pecora tanquam lanius sanguinem illis misit. Nec tamen derisit, etiamsi fugit ; senius enim noster lancea collum eius traiecit ». Haec ut audiui, operire oculos amplius non potui, sed luce clara Gai nostri domum fugi tanquam

copo compilatus ; et postquam ueni in illum locum, in quo lapidea uestimenta erant facta, nihil inueni nisi sanguinem. Vt uero domum ueni, iacebat miles meus in lecto tanquam bouis, et collum illius medicus curabat. Intellexi illum uersipellem esse, nec postea cum illo panem gustare potui, non si me occidisses. Viderint quid de hoc alii exopinissent ; ego si mentior, genios uestros iratos habeam »

Séquence 2 : Œuvre complète, Pétrone, *Satiricon*

XXVII-LXXVIII

« Le festin chez Trimalcion »

Texte 6

LXXI

Le testament de Trimalcion

Après les desserts, les esclaves envahissent le triclinium et tout semble bouleversé : les esclaves se mettent à table, le cuisinier se met à déclamer des vers de tragédie... C'est l'occasion pour Trimalcion de reprendre la parole et d'énoncer son testament.

[LXXI] « Ceterum erit mihi curae, ut testamento caueam ne mortuus iniuriam accipiam. Praeponam enim unum ex libertis sepulchro meo custodiae causa, ne in monumentum meum populus cacatum currat. Te rogo, ut naues etiam {in fronte} monumenti mei facias plenis uelis euntes, et me in tribunali sedentem praetextatum cum anulis aureis quinque et nummos in publico de sacculo effundentem ; scis enim, quod epulum dedi binos denarios. Faciatur, si tibi uidetur, et triclinia. Facies et totum populum sibi suauius facientem. Ad dexteram meam pones statuam Fortunatae meae columbam tenentem, et catellam cingulo alligatam ducat, et cicaronem meum, et amphoras copiosas gypsatas, ne effluent uinum. Et urnam licet fractam sculpas, et super eam puerum plorantem. Horologium in medio, ut quisquis horas inspiciet, uelit nolit, nomen meum legat. Inscriptio quoque uide diligenter si haec satis idonea tibi uidetur : C. POMPEIUS TRIMALCHIO MAECENATIANVS HIC REQUIESCIT HVIC SEVIRATVS ABSENTI DECRETVS EST CVM POSSET IN OMNIBVS DECURIIS ROMAE ESSE TAMEN NOLVIT PIVS FORTIS FIDELIS EX PARVO CREVIT SESTERTIVM RELIQVIT TRECENTIES NEC VNQVAM PHILOSOPHV AVDIVIT VALE ET TV. »

Séquence 3 : Interrogations philosophiques

Le stoïcisme

Texte 7

Sénèque, *De tranquillitate animi*, IX, 2-4.

Sénèque donne la modération en toute chose – y compris dans l'achat de livres d'étude ! – comme seule clef de la tranquillité de l'âme.

Assuescamus a nobis remouere pompam et usum rerum, non ornamenta metiri. Cibum famem domet, potio sitim, libido qua¹ necesse est fluat. Discamus membris nostris inniti, cultum uictumque non ad noua exempla componere, sed ut maiorum mores suadent. Discamus continentiam augere, luxuriam coercere, gloriam temperare, iracundiam lenire, paupertatem aequis oculis aspicere, frugalitatem colere, etiam si multos pudebit rei eius, desideriiis naturalibus paruo parata remedia adhibere, spes effrenatas et animum in futura imminentem uelut sub uinculis habere ; id agere, ut diuitias a nobis potius quam a fortuna petamus [...].

Studiorum quoque, quae liberalissima impensa est, tamdiu rationem habet quamdiu modum. Quo² innumerabiles libros et bibliothecas³, quarum dominus uix tota uita indices perlegit ? Onerat discentem turba, non instruit, multoque satius est⁴ paucis te auctoribus tradere quam errare per multos.

Notes de traduction :

1) *qua* : pronom adverbial relatif « par là où ».

2) *quo* : « à quoi bon ».

3) *innumerabiles libros et bibliothecas* : comprendre cet accusatif comme COD du verbe *perlegit*, auquel est toutefois substitué *quarum indices* à la phrase suivante.

4) *multoque satius est* : « et il vaut bien mieux ».

Séquence 3 : Interrogations philosophiques

Le stoïcisme

Texte 8

Sénèque, *Lettres à Lucilius*, V, 47

Cette lettre de Sénèque illustre une application de la philosophie stoïcienne dans la vie quotidienne : le maître stoïcien doit traiter avec bonté ses esclaves.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Libenter ex iis qui a te ueniunt cognoui familiariter te cum seruis tuis uiuere : hoc prudentiam tuam, hoc eruditionem decet. « Serui sunt ! » Immo homines. « Serui sunt ! » Immo contubernales. « Serui sunt ! » Immo humiles amici. « Serui sunt ! » Immo conserui, si cogitaueris tantundem in utrosque licere fortunae. Itaque rideo istos qui turpe existimant cum seruo suo cenare : quare, nisi quia¹ superbissima consuetudo cenanti domino stantium seruorum turbam circumdedit ? Est ille plus quam capit², et ingenti auiditate onerat distentum uentrem ac desuetum iam uentris officio, ut maiore opera omnia egerat³ quam ingessit. At infelicibus seruis mouere labra ne in hoc quidem ut⁴ loquantur, licet ; uirga murmur omne compescitur, et ne fortuita⁵ quidem uerberibus excepta sunt, tussis, sternumenta, singultus [...] ; nocte tota ieiuni mutique perstant. Sic fit ut isti de domino loquantur quibus⁶ coram domino loqui non licet. At illi quibus⁷ non tantum coram dominis sed cum ipsis erat sermo, quorum os non consuebatur, parati erant pro domino porrigere ceruicem, periculum imminens in caput suum auertere ; in conuiuuiis loquebantur, sed in tormentis tacebant.

Notes de traduction :

- 1) *quare, nisi quia* : « pour quelle raison, si ce n'est que... ».
- 2) *Est ille plus quam capit* : « il a déjà pris plus qu'il ne prend ».
- 3) *ut egerat* : « de sorte qu'il rejette ».
- 4) *in hoc ut* : expression du but, à traduire par « dans le but de ».
- 5) *fortuita* adj. substantivé, « les bruits involontaires ».
- 6) *quibus* a pour antécédent *isti* et est un datif complément de *licet*.
- 7) *quibus* a pour antécédent *illi* et est un datif complément de *est*, dans la tournure *quibus sermo erat*.

Séquence 3 : Interrogations philosophiques

L'épicurisme

Texte 9

Horace, *Odes*, I, 4

À Lucius Sestius

Soluitur acris hiems grata uice ueris et Fauoni¹

Trahuntque siccas machinae carinas,

Ac neque iam stabulis gaudet pecus aut arator igni

Nec prata canis albicant pruinis.

Iam Cytherea² choros ducit Venus imminente luna

Iunctaeque Nymphis³ Gratiae⁴ decentes

Alterno terram quatiunt pede, dum grauis Cyclopum

Volcanus ardens uisit officinas.

Nunc decet aut uiridi nitidum caput impedire myrto

Aut flore, terrae quem ferunt solutae⁵ ;

Nunc et in umbrosis Fauno decet immolare lucis,

Seu poscat agna siue malit haedo.

Pallida Mors aequo pulsat pede pauperum tabernas

Regumque turris. O beate Sesti,

Vitae summa breuis spem nos uetat inchoare longam.

Iam te premet nox fabulaeque Manes

Et domus exilis Plutonia, quo⁶ simul mearis⁷,

Nec regna uini⁸ sortiere⁹ talis

Nec tenerum Lycidan mirabere¹⁰, quo¹¹ calet iuuentus

Nunc omnis et mox uirgines tepebunt.

Notes de traduction :

- 1) Le Favonius est un vent d'ouest.
- 2) *Cytherea* est une épithète de Vénus, « Vénus Cythérée »..
- 3) Les Nymphes sont des divinités subalternes associées à la Nature.
- 4) Les Grâces sont des déesses associées aux aspects féminins positifs de la vie (séduction, beauté, fécondité, etc.). Elles sont au nombre de trois.
- 5) Rétablir *quem ferunt terrae solutae*. Traduire ici *solutae* par « amollies ».
- 6) *quo* : adverbe relatif de lieu, « où ».
- 7) *mearis* pour *meaueris*, futur antérieur de *meo, as, are, aui, atum* : passer.
- 8) *regna uini* : « la royauté sur le vin ».
- 9) *sortiere* pour *sortieris*, futur P2 sg. de *sortior, iris, iri, itus sum* : tirer au sort.
- 10) *mirabere* pour *miraberis*, futur P2 sg. de *miror, aris, ari, atus sum*.
- 11) *quo* : ablatif du pronom relatif, « pour lequel ».